

IOANNES STADIUS MATHEMATICVS LOVANIENSIS.



Ioannes apud Belgas natus anno circiter 1532. Is Louanijs diligentem operam literis nauavit & liberalium artium insignem eruditionem sibi comparauit. In primis autem Mathematicis disciplinis incubuit, & eas scientias feliciter didicit. Itaque factum ut regius professor Mathematics Louanijs constitutus fuerit. In eo loco magno auditorū concursu hactenus docuit, & ingenij sui uires omnibus declarauit. Ut etiam posteritati consuleret, Ephemerides composuit, & tabulas quasdam Geographicas denotauit. In eo uitæ genere Louanijs Ioannes supereft, atque magna laude à doctis uiris agnoscitur. Anon.